

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CCCXXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295125](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295125)

CCCXXVIII.

GREGORIUS XII. PONT. MAX. DAT BERNHARDO
 MARCHIONI BADENSI VENIAM, ABBATIAM GOT-
 TESAVIENSEM IN DOMUM ORDINIS CARTHU-
 SIENSIS TRANSMUTANDI.

ANNO MCCCCVI.

Ex Archivo Badensi.

Gregorius Episcopus Servus Servorum Dei venerabili fratri Archi-
 Episcopo Mogunt. salutem & apostolicam benedict. Rationi con-
 gruit & convenit honestati ut ea quæ de Romani Pontificis gratia pro-
 cefferunt, licet ejus superveniente obitu literæ apostolicæ super istis
 confectæ non fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem
 pro parte dilecti filii Nobilis Viri Bernhardi Marchionis Badensis felicitis
 recordationis Innocentio Pp. VII. prædecessori nostro exposito, quod
 olim ipse Marchio in quodam nemore in suo dominio temporali confi-
 stente unam domum cum necessariis officinis, pro usu & habitatione
 unius Prioris & fratrum conventum facientium Carthusiens. Ordinis
 fundare ac competenter dotare voverat, vel saltem in animo suo propo-
 fuerat, quodque Monasterium in Gotsaw ordinis Sancti Benedicti Spi-
 renf. Diocef. infra hujusmodi suum dominium consistens, ad paupertate-
 tem erat redactum, ac dilecti filii Abbas & Conventus ejusdem Mona-
 sterii ad hoc quod Monasterium ipsum ab hujusmodi paupertate per di-

ctum Marchionem relevaretur, contentabantur, quod ipsum Monasterium in domum fratrum dicti Carthusiens. ordinis transmutaretur, dictusque Abbas ac singulares Monachi ejusdem Monasterii parati erant prædictum ordinem Carthusiens. profiteri præfatusque Marchio, ut ab hujusmodi voto seu proposito absolveretur, dicto Monasterio in hujusmodi donum mutando, de bonis sibi à Deo collatis, annuos redditus quadringentorum florenorum auri assignare intendebat, ac pro parte ipsius Marchionis præfato prædecessori humiliter supplicato, ut Abbatialem dignitatem in dicto Monasterio extinguere ipsumque Monasterium in domum hujusmodi mutare ipsique Marchioni dictum votum, seu propositum in assignationem hujusmodi annuorum reddituum per eum faciendam commutare de benignitate Apostolica dignaretur. Idem prædecessor hujusmodi supplicationi annuens videlicet VI. Kal. Aprilis Pontificatus sui anno secundo voluit & concessit tibi dari in mandatis, ut si esset ita, tibi que videretur expediens dictusque Marchio hujusmodi annuos redditus quadringentorum florenorum auri prædicto Monasterio effectualiter assignaret, eundem Marchionem ab hujusmodi voto seu proposito auctoritate Apostolica absolveres, & Abbatialem dignitatem hujusmodi in dicto Monasterio extingueres, ipsumque monasterium in hujusmodi domum fratrum dicti Carthusiens. Ordinis mutares quodque si forte duo vel tres ex Monachis dicti monasterii nollent eundem Carthusiens. ordinem profiteri præfatus Marchio hujusmodi aliis Monachis quoad viverent in alio vel aliis Monasterio seu monasteriis dicti ordinis Sancti Benedicti congrue faceret provideri, constitutionibus Apostolicis nec non statutis & consuetudinibus Monasterii in Gotsau & ordinum prædictorum

rum

rum contrariis juramento confirmatione Apostolica vel quacunque firmitate alia roboratis, non obstantibus quibuscunque, super his autem omnibus idem prædecessor tuam voluit conscientiam onerari. Ne autem pro eo quod super hujusmodi voluntate & concessione dicti prædecessoris superveniente obitu Apostolicæ literæ confectæ non fuerunt, præfatus Marchio hujusmodi voluntatis & concessionis frustretur effectu, volentes & Apostolica autoritate decernentes, quod hujusmodi voluntas & concessio dicti prædecessoris perinde ac ipsa die videlicet VI. Kal. Aprilis consequantur effectum ac si super eis dicti prædecessoris literæ sub ipsius diei dat. confectæ fuissent, prout superius enarratur quodque præfentes literæ ad probandam plene voluntatem prædecessoris & concessionem prædictas ubique sufficiant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur, fraternitati tuæ per Apostolica scripta committimus & mandamus quatenus si est ita, idque tibi videatur expediens, præfatusque Marchio hujusmodi annuos redditus quadringentorum florenorum auri dicto Monasterio in hujusmodi domum ut præfertur mutando assignaverit, cum effectu eundem Marchionem ab hujusmodi voto seu proposito Apostolica auctoritate absolvas, nec non abbatialem dignitatem in dicto Monasterio extinguas ipsumque Monasterium cum omnibus juri- bus & pertinentiis suis, in hujusmodi domum fratrum Carthusiens. ordinis eadem autoritate transmutes præmissis & aliis contrariis non obstantibus quibuscunque proviso etiam quod si forsan duo vel tres ex Monachis dicti Monasterii noluerint præfatum ordinem Carthusiens. profiteri dictus Marchio eis quoad vixerint in alio vel aliis Monasterio seu Monasteriis prædicti ordinis Sancti Benedicti absque tamen gravamine Mo-


Cod. Dipl. P. II.

E

nafterii feu Monafterio , cum hujusmodi faciat congrue provideri super quibus omnibus tuam conscientiam oneramus. Dat. Rom. ap. Sanct. Petrum XIII. Kalend. Jan. Pontificatus nostri anno primo.

(Gregorius)
Papa XII)

Joh. de Lys.



C C C X X I X .

CHARTA RUPERTI IMP. QUA BERNHARDO MARCHIONI PERMITTIT, UT ANNÆ OETTING. CONJUGI DOTALITIUM IN TERRIS MARCHICIS, MULBERG ETC. CONSTITUAT.

ANNO M C C C C V I .

Ex Tabulario Elef. Palat.

Wir RUPRECHT &c. Bekennen und tun kundt offenbar mit diesem Brieffe , das wir dem Hochgebornen unſerm lieben Oheim und getrewen Bernhardt Marggrafen zu Baden gegunnet und verhenget han , das er Annen von Otingen ſiner Huſſſruwen unſer lieben Mume uff dieſen nachgeſchrieben Schloſſe , Dorffern , Zollen und zugehorungen mit namen uff Mulnberg der Burg und uff allem das darinn und darzu gehöret es ſy der Ackergang des Buwes daſelbs , uff der Molen Zolte , und geleite daſelbs , uff